



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Generalis Ignatius denuò Catechistæ munere fungitur. Cap. XIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

tur, tamen conspecta vite morūque innocētia plus multo quam litteris aut cōcertationibus profici. Alius quidam, filius familias, desertis liberalib⁹ studijs, ac repudiata omni disciplina, prorsus indomitus & effrenis, cum neque à parentibus iam, neque à magistris regi villo modo posset: Ignatio traditur. cuius lenitate, itemque ceterorum Patrum præceptis atque institutis accuratissimè excultus, posita paulatim ferocia petulantiaque, cunctis admirantibus ita pudicos modestosque induit mores, ut vix minimū in illo vitium reprehenderes. Multi præterea omnium ætatum, atque ordinum, quos præceps in omnem licentiam natura cupiditasque corruerat, Ignatij consuetudine exemplisque incitati, collegere sese, atque ad bonam frugem Deo adiuuante rediere.

Generalis Ignatius denuò Catechista munere fungitur. Cap. XIV.

PER eos dies nomen Societati dederat Pontificia familia Petrus Codatius Laudensis, vir honoratus, & opulento sacerdotio præditus. Is, diuino prorsus instinctu, diuinjs & commodis omnibus propter Christum abdicatis, Mattha munus in Societate sibi vltro deposcit, & egregiè præstitit, in alimenta Patrum (erat autem Vrbe tota notissimus, & apud principes gratiosus) eleemosynis vndique corrogandis, quæ res Ignatium & socios magna molestia liberauit; quippe quos in spiritualem proximorum salutem omni studio incertos, temporariæ curæ ad eam diem valde impedierant. Eiusdem Petri opera templum etiam proprium Societas nacta est sanctæ MARIÆ à Strata, non satis amantissima Urbis regione, & ad Societatis functiones proximis idonea: cuius loco, dum hæc scriberemus, Alexander Farnesius Cardinalis, Pauli III. Pontificis maximi nepos, ædē nomini IESV magnificentissimam regio sumptu exstruebat. Ei templo deinde

bb 2

adiun-

adiuncta domus est, quam hoc tempore Iureiurandi
 Philippi Archinti beneficio, Salaffiorum Episcopi, qui
 tum Pontificis vices in diocesi Vibana gerens, in
 Societate vniuersa in primis optime meritis. In quo
 templo Ignatius, professionis lege, sex & quingenta
 diebus Christianae catechesi operam dedit. In quo
 riore, magna & assidua non modo plebis, sed etiam
 praestantium virorum frequentia: protulit, quae et
 optimatibus palam gloriarentur, beatorumque sententias
 quod nullam omnino ex Ignatij conuentionibus
 sent. Agendi autem rationem sequebatur, cuius
 dei praecepta, & mysteria cognitu necessaria, primum ad
 vulgi captum explanabat, iterabatque, ubi opus erat,
 eadem sapius: deinde opportunis digressionibus
 interim locos tractabat fufius, non tam ad ingenij
 doctrinae ostentationem, quam ad pietatis exerciti-
 dam, populumque permouendum accommodatis. Quae
 que tam veris grauiusque sententijs, tam admodum
 oculisque, vt diuini amoris ignem vndique spargere
 reur, minimè fucatae eloquentiae vir, nec in lingua
 ces numerosque sollicita, sed ingenti animo, quae
 perus tulerat, sua senta prosequentijs. Itaque
 nem eius, non ineptus populi plausus, aut
 diae commendatio sequebatur, sed alta fufius
 que, & anteaetnae vitae detestatio salutaria: vt
 humi oculis, tristes ac libimet irati discedentes
 illic se ad sacerdotum pedes abijceret, vt
 causa, tanto cum fletu atque singultibus, vt
 soluere, aut vocem in verba formare vix possent.

Societas augetur, distribuuntur praemia

Cap. XV.

INTER haec Societas maiorem incrementum
 et fecere, sublatique Pontificis auctoritate
 cellis quos initio idem Pontifex (quod
 est) illi probandae praefixerat, maiorem
 ad militiam spiritualem Ignatio dare nomina.